

dem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel praejudicialia personarum, juris, honoris, status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscunque tractari vel procurari novero, impediam hoc pro posse, et, quanto citius potero, significabo eidem Domino nostro, vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam pervenire. Regulas sanctorum Patrum, decreta, ordinationes seu dispositiones, reservationes, provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Haereticos, schismaticos et rebelles eidem Domino nostro vel successoribus praedictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepeditione. Apostolorum limina singulis trienniis (die beiden letzten Worte gelten für die Bischöfe Italiens, der Inseln Sicilien, Sardinien, Corsika, Dalmatiens und Griechenlands; singulis quadrienniis für die Bischöfe Deutschlands, Frankreichs, Spaniens, Belgiens, Böhmens, Ungarns, Polens, Englands, Schottlands, Irlands, überhaupt aller Länder innerhalb der Nordsee und des Baltischen Meeres, auch der Inseln des mittelländischen Meeres; singulis quinquenniis für die Bischöfe in den entfernteren Theilen Europas, in Nordafrika und auf den Inseln im atlantischen Ocean; singulis decenniis für die Bischöfe in Asien und in den übrigen Welttheilen), personaliter per me ipsum visitabo, et Domino nostro ac successoribus praefatis rationem reddam de toto meo pastoralis officio ac de rebus omnibus ad meae ecclesiae statum, ad cleri et populi disciplinam, animarum denique, quae meae fidei traditae sunt, salutem quovis modo pertinentibus, et vicissim mandata apostolica humiliter recipiam et quam diligentissime exsequar. Quodsi legitimo impedimento detentus fuero, praefata omnia adimplebo per certum nuncium ad hoc speciale mandatum habentem, de gremio mei capituli, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum seu alias personatum habentem, aut his mihi deficientibus per dioecesanum sacerdotem, et clero deficiente omnino per aliquem alium presbyterum saecularem vel regularem spectatae probitatis et religionis, de supradictis omnibus plene instructum. De hujusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad sanctae Romanae ecclesiae cardinalem proponentem in congregatione sacri concilii per supradictum nuncium transmittendas. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, nec donabo neque impignorabo, nec de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu capituli ecclesiae meae, inconsulto Romano Pontifice. Et si ad aliquam alienationem devenero, poenas in quadam super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrere volo. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Evangelia.“ Der Satz „Haereticos“ etc. ist, wie auf eine in Rom gestellte An-

frage ausdrücklich erklärt wurde, keineswegs auf Druck oder Unbulsamkeit gegen die in der Diocese befindlichen Protestanten zu deuten (S. L. E. Kopp, Die katholische Kirche im neunzehnten Jahrhundert, Mainz 1830, 31, Anm. 6). Er bezieht sich vielmehr auf das specifisch confessionelle Gebiet: der Bischof muß innerhalb seines kirchlichen Wirkungskreises die Häresie und das Schisma, die Auflehnung wider das sichtbare Kirchenoberhaupt bekämpfen und gegen häretische und schismatische Laien und Geistliche die kirchlichen Strafmittel anwenden. Der Satz: „Non ero in consilio“ etc. findet sich fast wörtlich in der Eidesformel, mit welcher der Patriarch Heinrich von Aquileja dem Papste Gregor VII. auf dem römischen Concil im J. 1079 Gehorsam versprach; er erinnert an die Zeiten, da die Bischöfe zugleich Landesherren waren und mit ihren Truppencontingenten in Conflicten verwickelt werden konnten, welche die Freiheit und persönliche Sicherheit des Papstes gefährdeten. Gleiche oder ähnliche specielle Verpflichtungen, wie sie mit diesem Eide gegen den Papst übernommen werden, wurden früher mit dem Bischofseide gegen die Erzbischöfe übernommen. So heißt es in dem Eide, welchen der Bischof Wilhelm von Schwerin im J. 1248 dem Erzbischof Gerhard von Bremen-Hamburg schwur: „Non ero in consilio, nec in facto, ut vitam perdat aut membrum vel capiat mala captionem. Consilium, quod mihi per se aut per literas aut per nuntium manifestabit, nulli pandam. Archiepiscopatum Bremensis ecclesiae et regulas ss. Patrum et statuta conciliorum adiutor ero ad defendendum et retinendum, salvo ordine meo, contra omnes homines. Vocatus ad synodum veniam, nisi impeditus fuero canonica praepeditione. Legatum ipsius et ecclesiae Bremensis, quem certe legatum esse cognovero, in eundo et redeundo bene et honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo; et omnem fidelitatis formam, ad quam de jure teneor, fideliter observabo“, und in dem Eide, welchen der Bischof Albert von Lübeck demselben Erzbischof im J. 1247 ablegte: „Ego Albertus Lubecensis episc., Livoniae, Estoniae et Prussiae Apostolicae Sedis legatus, ab hac hora in antea fidelis ero tibi et obediens in omnibus tuisque successoribus in Bremensi sede constitutis. Mandatum tuum quodcumque mihi ore vel per certam epistolam tuam manifestaveris, sine malo ingenio adimplebo. Ad omnem terminum et locum, quem mihi indicaveris, veniam, nisi corporis mei infirmitate vel alia aliqua gravi necessitate detentus venire non possim. Haec omnia per fidem rectam sine omni malo ingenio observabo, quamdiu vixero“ (vgl. Thomassin l. c. P. II, L. 2, c. 46, n. 5). Nach dem Concil von Trident (Sess. XXIII, c. 2 de ref.) soll die Bischofsweihe, falls sie nicht am Sitze der römischen Curie stattfindet, wo möglich in der eigenen Cathedralkirche des Bischofs oder wenigstens in der